Hevogt:
Speciminis casuum forensium selectorum supplementa.

K 72
1 84

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0002-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0004-7

7932

# SPECIMINIS
# CASVVM FORENSIVM SELECTORVM SVPPLEMENTA,

EX

*ACTIS AVTHENTICIS*

EXHIBET

GOTTLIEB SLEVOGTIVS, D.
CVRIAE PROV. DVC. SAX. ADVOC. ORD.

Kp 184

*NVNDINIS VERNALIBVS LIPSIENSIBVS*
cIↄ Iↄ cc xxI. EDITA.

*IENAE,*
TYPIS ET SVMTIBVS HELLERIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0005-2

DER
UNIVERS.
HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0006-8

# SUPPLEMENTA

## QUÆST. I.

## *Quænam ſint pœnæ adulterii extraordinariæ?*

Dictum fuit in Prolegomenis, pœnas adulteriorum ordinarias temperari, & in extraordinarias commutari, ſi adſint juſtæ cauſæ, ut: ſi pars innocens intercedat, ſi correus vel correa more meretricio vivat, ſi adultera blanditiis occupata, aut vi oppreſſa, &c. &c. Nunc: quænam ſint tales pœnæ extraordinariæ quæritur? ſunt tales, quæ mitiores ſunt ordinariis, ut fuſtigatio reſpectu gladii, relegatio reſpectu fuſtigationis; numellæ, caſtigatio privata; carcer, condemnatio ad triremes aut publicas operas, (ſcil. temporalis, cum ea, quæ fit ad dies vitæ, cum ultimo ſupplicio non immerito comparetur) cenſura Eccleſiaſtica, emigratio, die Gerichts-Raumung, multa pecuniaria, & quæ ſunt alia pœnarum arbitrariarum genera. Unicum adferam exemplum juvenis Dan. R. cui ob adulterium cum Uxore Ilberſtadii, pago ſub Præfectura Warmsdorff. in Principatu Anhaltino Cothenſi ſito, commiſſum, Excell. Scabini Halenſ. juxta Ordin. Provinc. Anhalt. T. 41. ib. Was aber die Straffe des Ehebruches anlanget, obwohl bißhero in unſern Landen, nach gemeinen Käyſerlichen Rechten, geſprochen worden, daß wenn eine ledige Manns-Perſon mit einem Eheweibe Ehebruch treibet, alsdenn der



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0007-4

Ehebrecher mit dem Schwerdte zu ſtraffen, die Ehebrecherin aber mit Staupen-Schlägen des Landes zu verweiſen. So können Wir doch nicht befinden, warum die Ehebrecherin in ſolchen Fall mit gelinderer Straffe zu belegen, als die ledige Manns-Perſon. Derowegen Wir denn hiermit aus Landes-Fürſtl. Macht ordnen, und wollen, daß hinführo ſo wohl das Eheweib als der ledige Geſell oder Mann mit dem Schwerdt geſtrafft werden ſollen ꝛc. ꝛc. pœnam gladii dictaverant, ſed quam pœnam Sereniſſimi Principes Anhaltini in mitiorem extraordinariam commutaverunt, ut ex ſeqv. Reſcriptis patet:

## Von G. G. Lepold Fürſt zu Anhalt ꝛc. ꝛc.

Ehrenveſter und Wohlgelahrter,
Lieber Getreuer!

Der Copeyl. Anſchluß zeigt mit mehrern, aus was Urſachen des Inquiſitens D. R. Vater ſich an Uns ſupplicando gewendet, (conqueſtus erat pater in libello ſupplici, adulteram filium ad hoc crimen induxiſſe, eidemque pecuniam ſurripuiſſe, & pro pecunia, conſentiente marito, ſe filio præbuiſſe) und gehorſamſt gebeten, daß wir die ſeinem Sohne dictirte Todes-Straffe in Gnaden erlaſſen, und das durch Ehebruch mit M. R. verwürckte Leben demſelben ſchencken möchten; wenn wir denn geſonnen, dieſerhalben hierunter Gnade vor Recht ergehen zu laſſen, und die Straffe des Todes aus Landes-Fürſtl. Macht zu remittiren. Als befehlen Wir dir gnädigſt, dem Inquiſiten dieſe unſere Gnade zu publiciren, maſſen wir zufrieden ſeyn, daß ſtatt der dictirten Todes-Straffe extraordinarie das von ihm begangene delictum nunmehro beſtraffet werde. Seynd dir übrigens mit Gnaden wohl beygethan. Dat. Cöthen den 3. Mart. 1720.

Leopold Fürſt zu Anhalt.

## Von G. G. Auguſt Ludewig Fürſt zu Anhalt ꝛc. ꝛc.

Ehrenveſter, Wohlgelahrter
Lieber Getreuer!

Demnach unſers freundlich-geliebten Herrn Bruders Fürſt Leopolds Lbd. dem Inquiſiten D. R. die wegen des mit M. R. begangenen Ehebruchs ihm dictirte Todes-Straffe in Gnaden remittirt,

und

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0008-9

und pœnam extraordinariam ſtatt finden laſſen. Als wollen Wir, daß vorerwehnter Inquiſit, wenn er vorhero die aufgelauffenen Inquiſitions-Unkoſten entrichtet, an Unſers freundlich Vielgeliebten Herrn Vetters des Printzen von Dornburg Lbd. Regiment zu Militair-Dienſten übergeben und ausgelieffert werde. Wornach ihr euch zu achten, und verbleiben Wir euch übrigens mit Gnaden wohl beygethan. Cöthen den 5. Mart. 1720.

August Ludewig Fürſt zu Anhalt.

Imploravit quoque Sereniſſimum Principem Correa, ut pœnam gladii ab Excell. Scabinis Hallenſ. dictatam remitteret, quod quoque factum, ſed quæ pœna extraordinaria deinde fuerit irrogata, ex actis nondum finitis cognoſcere non potui. An autem ſoli Principi, an etiam magiſtratibus mero imperio gaudentibus facultas pœnam ordinariam in extraordinariam commutandi competat? in ſequ. Quæſtione II. videbimus.

## QVÆST. II.

## *De Relegatione, & quinam ſit effectus relegationis tam perpetuæ quam temporalis?*

TRes dantur de jure pœnarum gradus; Primus continet quæcunque ultima ſupplicia, die Lebens-Straffen; ſecundus pœnas corporis afflictivas, die Leibes-Straffen; ut: damnationem ad metalla, cui damnatio ad triremes & operas publicas, Veſtungs-Bau hodie ſubſtituta, amputatio manus, digitorum, aut alius membri, & fuſtigatio. *Carpz. P. III. Quæſt. Crim. 129.* Tertius gradus eſt pœnarum civilium, ad quas referuntur multæ pecuniariæ, carcer, numellæ, & imprimis Relegatio. *Carpz. Qu. 130.* Licet enim hæc regulariter cum fuſtigatione conjuncta eſſe ſoleat. *Carpz. Qu. 129. n. 17.* excepto Electoratu Saxon. ubi *Potentiſſ. Rex* in certis cauſſis fuſtigatos ad operas zum Veſtungs-Bau nach Dreßden deduci, ſapientiſſime conſtituit; tamen per hoc non fit pœna corporis afflictiva, qualis fuſtigatio eſt, ſed manet pœna ci-

 vilis,

vilis, & ideo fuſtigationem ſequi ſolet, ut provincia facinoroſis purgetur. *Carpz. c. l. n. 20.* Et relegationem pœnam tantum eſſe civilem, inde imprimis, quod abſens relegari poſſit juxta *L. 5. ff. de Pœn.* patet, ſi enim eſſet pœna corporis afflictiva, requireretur ad eam exequendam præſens inquiſiti corpus, nec poſſet ea abſenti infligi. Hæc igitur relegatio poteſt a magiſtratu imperium merum die Ober- und Erb-Gerichte habente decerni, absque prævio Principis conſenſu. *Richter P. 2. Dec. 93. n. 3.* ita tamen, ut determinatio relegationis: an temporalis an perpetua eſſe debeat, a collegio juridico expeti ſoleat. Si igitur collegium tale relegationem temporalem ſed indefinito tempore: das Inquiſit mit zeitlicher Landes-Verweiſung zu beſtraffen, tunc relegationem decennalem ſub intelligendam eſſe propter *L. 23. ff. de pœnis*; ſi vero collegium relegationem ſimpliciter, & absque ulla temporis mentione: daß Inquiſit des Landes billig zu verweiſen, injunxit, tunc relegationem perpetuam ſubaudiendam eſſe, conjicit *Hartm. Piſtor. P. 10. Qu. 198.* quem ſequuntur *Hahn ad Weſenb. T. ff. de pœn. n. 7. Brunnemann ad l. 23. ff. de pœn. Carpz. Qu. 130. n. 16. & P. 4. c. 47. def. 5. Richter c. l. n. 8.* Et licet *Berlich. P. I. Dec. 64. n. 6.* hanc diſtinctionem rejiciat, & ſub relegatione indefinite poſita, ſive nullum plane tempus, ſive tempus indefinitum & ſine quantitate ſit adjectum, relegationem tantum ad decennium ſub audiendam eſſe contendat, propter *L. 23. ff. de Pœn.* qua lege cautum, quod ſine præfinito tempore in metalla damnatus ad decennium datus cenſeri debeat, puteтque, huic legi non obſtare L. 10. C. de pœnis, quæ loquatur de ſervo ad vincula damnato, nec ad perſonam liberam extendi poſſit relegandam, cum magna adſit inter vincula & relegationem differentia, quod illa capitis deminutionem inferant, *l. 8. §. 9. & l. 35. de pœnis*, non vero relegatio, *l. 28. h. T.* & præjud. Scabin. Lipſ. qui relegationem indefinite dictatam pro decennali interpretati ſunt, afferat; tamen Piſtoris & ſequentium JCtorum diſtinctionem in foro obſervari, quotidie videmus. Sive autem ad tempus ſ. in perpetuum relegandus veniat inquiſitus, tenetur urphædam præſtare, h. e. jure jurando omni vindictæ renunciare, quam ſi relegandus præſtare recuſat, ſolet lictor hanc juratam renunciationem in animam relegandi vel relegandæ recitare, relegandus vero abire recuſans vi pro-

propelli, aut per carcerem continuatum ad præſtandam urphædam & emigrandum compelli. *Carpz. Qu. 130. n. 38-43. Richter c. l. n. 36. ILL. Lyncker Cent. I. Dec. 53. Cent. 3. Dec. 295. ILL. Berger El. Jurispr. Crim C. I. th. XI. n. 6. Dn. D. Barthius Hodeg. jur. c. 6. §. 7. n. 6.* Quia autem hanc urphædam præſtans a vindicta tantum privata & injuſta, quæ per inſidias ſeditioſas, aſſaſinia, incendia, aliosque modos ulciſcendi injurias vetitos, exerceri a nebulonibus ſolet, excluditur, ſalva manet relegato libertas, ſi forte immerito fuerit relegatus, a magiſtratu aut denunciante ſatisfactionem per viam juris exigendi, nec opus habet relaxatione juramenti; licet enim hanc a relegato injuriam vindicaturo impetrandam eſſe & expetendam prius, quam vindictam inſtituat, velit *Dn. Barthius c. l.* tamen putarem, hac relaxatione opus non eſſe, quia vindictæ legitimæ non obſtat juramentum præſtitum, nec id per vindictam talem violatur, nec hæc per juramentum excluditur. Præſtita urphæda relegatur inquiſitus, h. e. deducitur per lictorem usque ad fines jurisdictionis, & adhibitis ſolennitatibus in adfinis Principis aut Domini Territorialis provinciam protruditur, & tunc relegatus e præfectura aut certo judicio, relegatus cenſetur ex tota provincia. Ita enim conſtituit *D. Auguſtus P. 4. conſt. 47.* Wenn iemandes derer Urſachen, daß er in unſern Aembtern oder Gerichten, ſo uns ohne Mittel zuſtehen, ſo viel verbrochen, daß ihn mit oder ohne Staupen-Schlägen die zeitliche oder ewige Landes-Verweiſung durch unſere Schöppenſtühle zugeſprochen wird, derſelbe ſoll aller unſerer Lande verwieſen, und ſeine Urphede darauf begriffen und geſchworen werden, ſolches ſoll auch dergeſtalt gehalten werden, wenn einer wegen ſeiner Miſſethat aus unſern Unterthanen Gerichte verwieſen werden ſolte. Und ſoll allewege ein Gerichte dem andern die Verweiſung zu erkennen geben. *Carpz. Qu. 180. n. 26. ILL. Berger El. Jurisp. Crim. c. 1. th. XI. n. 5. p. 31.* Quod licet Carpz. ad Electoratum Sax. reſtringat, & extra hunc in Sax. communi relegatum ex præfectura aut Judicio nobili, non ex tota provincia, ſed tantum ex iſta præfectura & judicio relegatum eſſe, velit *c. l. n. 32. & P. 4. c. 47. def. 3.* quia ſecundum jus civile ultra fines & territorium relegantis judicis nemo relegari poſſit; tamen idem, quod in Electoratu, in Saxonia communi obtinere, probat Berger. c. l. Licet autem relegato ante

tempus præfinitum effluxum in patriam revertere non liceat, ſed revertens acerbam luere pœnam ſoleat juxta *D. Aug. Conſt. 48. P. 4.* ibi: die, ſo auf einem geſchwornen Eyd (ſi relegatus absque juramento Libertati revertendi renunciavit, tunc injungi ſolet revertenti revocatio, ein Wiederruff, absque amputatione digitorum. *Richter c.l.n.34.*) verweiſet, und doch wiſſentlich wiederkommen, (hinc impunes ſunt relegati, qui non ex proæreſi ſed ex ignorantia in aliquem illius provinciæ, ex qua relegati ſunt, locum perveniunt, quod in provincia lata & ampla facile accidere poteſt, it. tales relegati ſunt impunes, qui ex probabili cauſa absque dolo revertunt, ita, ut ejusmodi caſibus exiſtentibus relegati denuo relegentur quidem, absque tamen amputationis pœna *Carpz. P. 4. c. 19. def. 5. Richt. c. l. n. 32. Ill. Berg. P. 2. Reſp. 71.*) ſollen mit Abhauung der 2. Förder-Finger damit ſie geſchworen, anderweit verweiſet (Relegatus ad certum tempus, denuo ad idem tempus; relegatus in perpetuum, denuo in perpetuum. *Carpz. P. 4. c. 48. def. 3. Richter c. l. n. 30. & 31.*) werden. Wenn aber der Verwieſene zum andern mahle wiederkähme, ſoll ihm nochmahls ewige Landes-Verweiſung (licet revertens antea ad tempus tantum relegatus fuerat) mit Staupen-Schlägen zuerkannt werden. Würde er aber zum dritten mahle in das Land kommen, ſo ſoll er ſeiner wiederſetzlichen Contumacien, auch des reiterirten Meineyds halber, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht werden; quæ pœnæ primo, ſecundo & tertio revertentibus non tantum in Electoratu, *ILL. Berger P. 2. Reſp. 107.* ſed etiam in Saxonia Ducali dictari ſolent. *Richter c. l. n. 24 - 36. Ill. Lyncker Cent. 5. Dec. 216.* tamen relegatus non amittit jura civitatis, *Ill. Berger Jurispr. Crim. c. l. n. 7. p. 32.* ſed teſtamentum facere, hæres aut legatarius exiſtere, reliquaque civitatis ſuæ jura retinere poteſt. *Carpz. Q. 130. n. 52. & P. 4. c. 47. def. 9.* Nec diſſolvitur ſocietas conjugalis per relegationem, ſed tenetur uxor maritum relegatum, & v. v. ſalva tamen negotiorum expediendorum cauſa ad tempus revertendi poteſtate, ſequi. *Carpz. Qu. 130. n. 44 - 48. P. 4. c. 47. def. 7. & 8. Ill. Berger. c. l. n. 8. p. 33.* hoc procedit in uxore aut marito adulteri aut adulteræ, mutata ob interceſſionem pœna capitali in relegationem, relegatæ, cum pars intercedens ad perpetuam cohabitationem ſe denuo obligaverit, & hinc ad eam

præſtan-

præſtandam non poſſit non una cum parte relegata emigrare, extra vero hunc caſum, &, ſi maritus ob aliud quam adulterii crimen e. g. ob furtum relegatur, non obligata eſt uxor relegatum ſequi. *Inclyta Fac. Viteb.* ap. *Ill. Berger. P. I. Reſp. 43.* Ad effectum relegationis quoque pertinet reſtitutio Expenſarum criminalium. *Berlich. P. 4. Concl. 19. n. 16. Homberg. Conſ. 61. n. 19. Carpz. Qu. 138. n. 16.* Licet enim pœnæ capitales aut corporis afflictivæ inquiſitum ab expenſis liberent. *Carpz. c. l. n. 13.* (excepto eo caſu, quo Princeps pœnam afflictivam dictatam inquiſito remiſit, quo caſu, inquiſitum ad expenſarum reſtitutionem damnarunt *Excell. JCti Viteb. ap. Dn. Wernh. Diſp. qua a. 1715. Electa Forenſia propoſuit, Obſ. XI.* & de jure communi non liberat pœna corporis afflictiva e. g. fuſtigatio, ab expenſis. *Dn. Viteb. ab. Horn. Claſſ. XV. Sent. 48. Ill. Berg. P. I. Reſp. 43.* ubi *incluta Fac. Viteb.* ad fuſtigationem condemnato, commutata in multam pecuniariam fuſtigatione expenſarum ſolutionem injunxerunt;) tamen pœna civilis non liberat, quia hoc caſu punitus corpore non luit, & eo magis ad reſtitutionem expenſarum obſtrictus eſt, poſtquam confeſſus, & convictus extitit, & per delicta ſua cauſam juſtiſſimam inquiſitioni præbuit, hinc iniquum foret, ſi judex gratis inquirere, & in delicta animadvertere cogeretur, inprimis cum etiam abſolutus ab inquiſitione ad expenſas damnari (merito an immerito? videant alii!) ſoleat, ideo multo magis damnari confeſſus & convictus meretur. Et licet in caſu noſtro VII. Dnn. Scabini inquiſitis expenſarum ſolutionem expreſſis verbis non adjudicaverint, tamen inde abſolutio ab iis concludi non potuit, ſed potius expenſarum ſolutio, ceu res indubitati juris, ſubintelligenda fuit. Solenni hujus relegationi adfinis eſt emigratio, Raumung, quando quis ob vitam ſcandaloſam e judicio aut præfectura alibi emigrare cogitur, quæ emigratio ultra limites iſtius judicii aut præfecturæ regulariter extendi non ſolet, ſed poteſt emigrans in iſta provincia, extra tamen judicii aut præfecturæ limites, ſubſiſtere. Quandoque mutatur relegatio in talem emigrationem. *Carpz. Quæſt. 130. n. 53. Richter l. c. n. 9. - 12. Specim. Imum Caſ. For. Caſ. I.* & ſolet eis, quibus indulgetur fuſtigationis aut relegationis redemtio, talis emigratio ob evidenda ſcandala injungi. Vid. præjudicia in Quæſt. 3. ſequ. afferenda.

*Quæſt.*

# QVÆST. III.

## *Cui competat facultas commutandi fuſtigationem aut relegationem, a Collegio Juridico adultero aut adulteræ injunctam, in multam pecuniariam?*

PRincipi ſuperioritate Territoriali gaudenti hanc poteſtatem competere, lubenter concedo *Carpz. P. 3. Quæſt. Crim. 150. - 48.* An vero eadem poteſtas competat nobili aut magiſtratui, merum imperium habenti, der mit Ober- und Unter-Gerichten beliehen, alia quæſtio eſt, ubi quidem expeditum eſt, nobilem & magiſtratum talem pœnam capitalem e. g. gladium adultero adulteræve itemque ſoluto dictatum, in mitiorem propria autoritate commutare non poſſe, quod hæc poteſtas pertineat ad regalia Principis. *Carpz. c. l. n. 49. ſeq.* licet in certis caſibus poteſtatem pœnam capitalem duram in capitalem mitiorem e. g. ſupplicium ignis rotæve &c. in ſupplicium gladii convertendi, tali magiſtratui adjudicarint *Scab. Lipſ. ibid. n. 69 - 74.* item: nobilem & magiſtratum, merum licet imperium habentem, poenam capitalem aut corporis afflictivam determinare non valere, ſed determinationem a Collegio Juridico, ad quod Acta transmittenda, expectare teneri. *Carpz. P. III. Qu. 116.* tamen competere tali magiſtratui poteſtatem, fuſtigationem aut relegationem in poenam pecuniariam commutandi, latius deducit *Carpz. n. 75 - 90.* & ad adulterii crimen applicat, *n. 91. usque ad fin,* conceditque magiſtratui tali facultatem, relegationem adultero adulteræve ob factam partis innocentis interceſſionem dictatam convertendi in multam pecuniariam. *P. 4. c. 47. Def. 13.* ſi ſcilicet cauſa talis commutationis juſta & probabilis adſit, qua vero deficiente hic JCtus hanc magiſtratui facultatem abjudicat propter *Ord. Polit. d. a. 1612. Tit.* Straffe ander Laſter, ubi *D. Elector* ita conſtituit: Wie denn ingleichen hinführo in caſu ſimplicis adulterii, da Vermöge der Conſtitution (*Conſt. Aug. 19. P. 4.*) dem Eheſtand zu Ehren, auf des Ehegattens geſchehene interceſſion, die ordentliche Straffe des Ehebruchs in die Lands-Verweiſung verwandelt wird, dieſelbe præciſe vollſtrecket, der ſchuldige Theil

des

des Landes ewig verwieſen, der unſchuldige aber aus unſern Landen ſeinem Ehegatten zu folgen angehalten, und durch Geld und andere Straffe ſich hiervon zu entbrechen, nicht nachgelaſſen werden ſoll; Et ſic hunc textum ad eum caſum, ubi nulla ſufficiens & juſta cauſa mimitigandi relegationem in multam pecuniariam adeſt, reſtringit. *Conf.* Churfürſtl. Sächſ. Policey-Ordnung *d. a. 1653. J. 6. ib.* Wie denn ingleichen hinführo in den einfachen Ehebruch, da vermöge der Conſtitution (*Conſt. 19. P. 4. Aug.*) dem Eheſtand zu Ehren, auf der Ehegatten geſchehenen Vorbitte, die ordentliche Straffe des Ehebruchs in die Landes-Verweiſung verwandelt wird, dieſelbe aus unſern geſamten Landen ſeinem Ehegatten zu folgen angehalten, und ihn durch Geld oder andere Straffe ſich hievon zu entbrechen, nicht nachgelaſſen werden ſoll. *ap. B. Struv. c. 12. Obſ. crim. 7. it. Ord. Matrim. d. a. 1625. ap. Carpz. cit. def. 13. n. 8. Ord. Polit. d. a. 1612.* Per has ſanctiones commoti ſunt olim JCti Lipſ. poteſtatem hanc magiſtratui, merum imperium habenti abjudicare, referente & eis aſſentiente *Finckelth. Obſ. 49.* Et hactenus recte. Poſtquam vero D. Elector In Erledigung derer Landſchaffts-Gravaminum Tit. von Juſtiz-Sachen §. 59. verbis: Als auch diejenigen, ſo mit Ober-Gerichten beliehen, dieſe Beſchwer geführet, daß ihnen nicht nachgelaſſen werden wolle, die zu Recht denen Delinquenten zuerkennte Fuſtigation und Landes-Verweiſung in eine Geld-Straffe zu verwandeln, und ad pios uſus anzuwenden, dabey uns aber unverborgen, daß zwar von denen Rechts-Gelehrten hierinn ungleich geſprochen, iedoch aber in unſern Schöppenſtuhl zu Leipzig und etlichen andern Collegiis bißhero dieſe Meynung behauptet, und darauf erkannt worden, daß denenjenigen, ſo die Ober-Gerichte zuſtehen, den Staupen-Schlag und ewige Landes-Verweiſung, nach Beſchaffenheit der Umſtände, und wenn gnugſame Urſachen vorhanden, auf vorgehendes Rechtlich Erkänntniſſes in eine ziemliche Geld-Buſſe zu milden Sachen zu verwandeln, unbenommen. So laſſen wir uns dieſe Meynung auch gefallen, und wollen ſolche in Krafft dieſes beſtätiget haben, mit den Begehren, daß derſelben bey unſeren Facultäten und andern Collegiis in Erkennen und Sprechen, hinführo allerdings nachgegangen, erwehnte Geld-Buſſe aber zu nichts anders als zu milden Sachen unfehlbahr angewendet, und, wie es bey begebenden Fällen geſchehen, von Gerichts-

Herren, bey Vermeydung ernſtlichen Einſehens, mit Beyfügung gnugſamen Scheines, unſern Ober- oder andern Conſiſtorien, dahin es gehörig, Bericht erſtattet, und zugleich, um Verhütung Aergerniß, von denen Delinquenten die Gerichte, darunter ſie verbrochen, gemieden werden. Wenn aber einen Delinquenten die zeitliche Landes-Verweiſung allein zu erkannt, auf ſolchen Fall ſoll der mittelbaren Obrigkeit nach befundenen Umſtänden dieſelbe in Geld-Straffe zu verwandeln, und vor ſich zu behalten, nachgelaſſen, wie hoch aber ſolche Straffe zu ſetzen, jedes mahl Rechtliche Erkänntniß eingehohlet werden; ardua quæſtio: *An poſt hanc Reſolutionem poteſtas commutandi fuſtigationem aut relegationem in crimine adulterii aut ſtupri in multam pecuniariam, adhuc ſalva ſit magiſtratibus, mero imperio gaudentibus, & an per hanc noviorem conſtitutionem priores, hanc poteſtatem plane auferentes aut limitantes, ſint antiquatæ & ſublatæ, an vero potius hæc Reſolutio ſalvis prioribus ſanctionibus lata, ita ut juxta eam magiſtratus, imperium merum habentes, poteſtate commutandi pœnas corporales aut civiles in multas pecuniarias, in cauſis criminalibus quidem, ſed exceptis delictis carnis, in quibus poteſtas hæc propter priora ſancita Electoralia (per hanc reſolutionem non ſublata, ſed tacite confirmata) exulet gaudeat?* Quæſtio orta. Ab hac Reſolutione expreſſe excipiunt delicta carnis, & eorum pœnam fuſtigationis aut relegationis in multam pecuniariam commutandi facultatem ſoli Electori tribuunt *B. Struv. c. 12. Obſ. Crim. 7.* qui imprimis *in Ord. Provinc. d. a. 1653.* ſefundat, *Ill. Berg. Jurispr. Crim. c. 1. th. 11. n. 3. p. 30. & c. 3. membr. 1. n. 5. p. 156. D. D. Hilliger Prof. Publ. Lipſ. Diſp. de Pœna pecuniaria in delictis carnis §. 20-28.* qui Scab. Lipſ. veteres omnem multam pecuniariam in delictis carnis rejeciſſe, imprimis poſtquam *D. Auguſtus glorioſiſſimæ memoriæ* Scabinatum, jam a. 1420. conſtitutum, ſed ſucceſſu temporis multis incommodis preſſum, ad præſentem ſplendorem a. 1574. evehiſſet, & a. 1555. ſpeciali mandato, (quod in Corpore Juris Saxon. p. 37. extat) ſanxiſſet: daß peinliche Sachen, dadurch das Leben verwürcket, ohne unſere Bewilligung nicht bürgerlich gemacht, oder mit Geld-Straffen verglichen werden ſollen, & deinde in articulis generalibus d. a. 1580. Art. 44. Weiter ſollen diejenigen ſo öffentlicher Laſter halber als Ehebruch, Hurerey, Unzucht, berüchtiget, und ſchuldig befunden werden, nicht dulten oder mit Geld-Straffen

ſen hindurch kommen laſſen. Idemque in *Ordin. Eccleſ.* eod. ann. conſtituiſſet, & *D. Chriſtianus II. glorioſiſſimæ memoriæ* Elector, ſpeciali mandato a. 1619 idem repetiiſſet verbis: Nachdem wir befunden, daß zu ſolcher Unzucht nicht weniger Urſache geben, daß die Gerichts-Herren entweder die Verbrecher gar nicht, oder nur um Geld, Leinwand, und dergleichen geſtrafft, und hierinnen mehr ihren Privat- als gemeinen Nutzen in acht genommen, ſo wollen wir bey Vermeidung unſerer Ungnade und ernſten Einſehens, daß hinführo unſere Gerichts-Herren auf Belehrung unſerer Schöppenſtühle wider die Verbrecher in allen oberzehlten Fällen verfahren ſollen, und alſo hierinnen die Geld-Straffen gäntzlich abgeſchafft haben. Et eadem renovaſſet *D. Joh. Georg. I. Elector glorios. memor. Reſol. Gravam. d. a. 1609. §. 4.* Policey-Ordnung, *d. a. 1612. & D. Joh. Georg. II. glorioſiſſ.* memor. in *Ord. Polit. d. a. 1661. T. 6. & Reviſ. Decret. Synod. gen. d. a. 1674.* confirmaſſet. Addit *Dn. Hilliger, Excell. Scabin. Lipſ. a. 1695. 1709. & 1711.* in cauſis adulterii & ſtupri juxta recenſitas ſanctiones pronunciaſſe: Es mag auch die zu erkannte ewige Landes-Verweiſung in eine Geld-Buſſe ohne Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen, unſers gnädigſten Herrn, gnädigſte Einwilligung nicht verwandelt werden, & tandem recenſitas conſtitutiones, multas pecuniarias in delictis carnis prohibentes, per *noviſſ. Reſolut. d. a. 1661. §. 59.* minime eſſe antiquatas, cum hæc Reſolutio non loquatur de delictis carnis, & hinc circa hæc delicta priores conſtitutiones ſancte obſervandas eſſe, imprimis poſtquam *Potentiſſimus Rex* reſcripto ad *Scabinat. inclutum Viteb. a. 1700.* directo: daß die Verwandelung in Geld nicht geſtattet, und ſolches in 59. §. der Landes-Erledigung d. a. 1661. nicht aufgehoben. ap. *Ill. Berger c. l. p. 156.* deciſiſſet, & ſic Reſolutionem hanc declaraſſet. Ita quoque exceperunt *Excell. JCti Viteb. 1712.* delicta carnis ab hac Reſolutione ap. *Ill. Wernher. P. 3. O. 182.* verbis: Wenn gleich nach Innhalt der neuen Erledigung der Landes-Gebrechen §. 59. denenjenigen, ſo die Ober-Gerichte haben, den Staupen-Schlag und ewige Landes-Verweiſung, nach Beſchaffenheit derer Umſtände, auf vorhergehendes rechtl. Erkänntniß in einer ziehmlichen Geld-Buſſe, zu verwandeln unbenommen, d. a. d. dadurch die Exceptio in delictis carnis nicht aufgehoben = = geſtalt auch durch unterſchiedl. aller neueſte reſcripta denen Rechts-Collegiis die-

ſer Landen in dergleichen Fällen auf eine Geld-Straffe zu erkennen, ausdrücklich unterſaget worden. Et ſimiliter ap. *Ill. Berger. P. I. Reſp. 297.* & tamen iidem JCti & Scabini Viteb. extenderunt hanc ſanctionem ad delicta carnis, & eorundem pœnas ordinarias in multas pecuniarias commutandi poteſtatem, ob accedentem probabilem cauſam, magiſtratibus imperio mero gaudentibus tribuerunt, ap. *B. Horn. Claſſ. XV. ſentent. 53. & 55.* In hunc modum quoque pronunciavit *incluta Facultas Viteb. a. 1697.* ad præfectum Dreyſigenſ. his verbis: Und mag geſtalten Sachen nach die erkannte ewige Landes-Verweiſung in eine tapffere Geld-Buſſe, ſeinen Vermögen nach, iedoch daß ſelbige über 50. Fl. ſich nicht erſtrecke, zu milden Sachen anzuwenden, verwandelt, ingleichen ermeldter Inquiſit, des von dem Töpffer-Handwerck zu S. beſchehenen Suchens ungeachtet, bey angeregten Handwercke gelaſſen werden V. R. W. Additæ ſunt ſequentes decidendi rationes: Obwohl in der Churfürſtl. Sächſ. Policey-Ordnung Tit. Straff anderer Laſter §. wie denn ꝛc. ꝛc. daß in Caſu ſimplicis adulterii, da Vermöge der Conſtitution (*Conſtit. 19. P. 4.*) dem Eheſtand zu Ehren, und auf des Ehegattens beſchehene Interceſſion, die ordentliche Straffe des Ehebruches in die Landes-Verweiſung verwandelt wird, ſelbige præciſe vollſtrecket, der ſchuldige Theil des Landes ewig verwieſen, der unſchuldige aber aus dieſen Landen ſeinem Ehegatten zu folgen, und ihm hievon durch Geld oder andere Straffe ſich zu entbrechen, nicht nachgelaſſen werden ſollen, ausdrücklich verordnet, d. a. u. d ſolches, immaſſen *Carpz. Pr. Crim. Qv. 150. n 97.* angemercket, nicht ſchlechter Dings, und ohne Unterſcheid der Fälle zu verſehen, ſondern nichts deſto weniger dem Richter aus ereignenden trifftigen Urſachen, dergleichen Verwandlung zu bewerckſtelligen, nachgelaſſen, wie denn in gegenwärtigen Fall zu obigen Behuff fürnehmlich Inhalts der Regiſtratur fol. 63. auf den Zuſtand Inquiſitens Eheweibes, ingleichen beſage des Atteſtates ſub C. fol. 72. auf deſſen bey dem Handwercke erlangte beſondere Erfahrung, auch ſonſt ſeine fol. 21. wegen des begangenen Fehlers bezeugte Reue, das Abſehen zurichten, in übrigen geſtalten Sachen nach, und da beſonders ſecundum doctrinam Schilteri Ex ad π. 10. th. 32. der rigor Juris Rom. in puncto infamiæ auf teutſchen Boden nicht allerdings ſtatt hat, ſo wohl das Richterl. Ammt auf angezogener maſſen, und damit

er

er zu Sck*v*len verbleiben möge, zuſtatten kommt, demſelben die Treibung des Handwercks daſelbſt füglich nicht zu entziehen, anderer Geſtalt auch, und woferne er ſolches nicht fortſetzen dürffte, ihm obberührte Verwandelung der Straffe nicht vorträglich ſeyn, ſondern er aus derer Vortheil mercklich geſetzt würde. So ſeynd wir nicht unbillig, inmaſſen in unſern Urtheil enthalten, zu erkennen bewogen worden, *ap. Ill. Berger. P. I. Reſp. 295.* & eadem *laudata Facultas* reſpondit eodem an. ad eundem Præfectum: daraus ſo viel zu befinden, daß A. M. R. (ſoluta, cui propter rem cum marito habitam, primo fuſtigatio deinde vero relegatio dictata erat) es mag auch nach Gelegenheit dißfalls angeregte ewige Landes-Verweiſung in eine Geld-Buſſe ihren Vermögen nach anzuwenden, wohl verwandelt werden, und iſt auf ſolchen Fall ermeldte R. die Gerichte, worunter ſie verbrochen, zu meiden ſchuldig. V. R. W. Rationes decidendi erat: Obwohl ⸗ hiernechſt in der Policey-Ordnung d. a. 1612. daß in caſu ſimplicis adulterii, wenn ein Ehegatte dem verbrechenden Theile verziehen, die dißfalls geordnete ewige Landes-Verweiſung keines weges in eine Geld-Buſſe verwandelt werden ſolle, deutlich verſehen, d. a. u. d. ermeldte R. wegen des ihr zu erkannten Staupen-Schlages Vermöge C. C. P. M. K. und M. K. endlich ausſagen fol. 92. ſequ. in ein beſonder Schrecken und ſtatum epilepticum gefallen, ſo wohl ein langwieriges Gefängniß erlitten, hiernächſt was angezogene Policey-Ordnung d. a. 1612. betrifft, ſelbige allein von gewiſſen Fall verfaſſet, demnach ſo fort auf andere nicht zu erſtrecken, hierüber, inmaſſen Carpz. Pr. Crim. Qu. 150. n. 37. angemercket, nur dahin zu reſtringiren, im Fall keine erhebliche Urſache, ſo dem Richter zur Verwandlung der erkannten Straffe in eine Geld-Buſſe bewegen können, vorhanden, dahingegen an Seiten Inquiſitin nebſt dem allbereit angeführten Urſachen auf die fol. 70. ſeq. ihres hiebevor geführten Lebens und Wandels halber producirten Atteſtata zu Erlangung obigen Zweckes das Abſehen billich zu richten. So ſeynd wir auf die in unſerm Urthel enthaltene Maſſe zu erkennen, (ſc. ſubſtituerant fuſtigationi ſimplicem relegationem) jedennoch auch ſolches Erkänntniß Inhalts der N. C. E. d. a. 1661. §. 59. zu temperiren, bewogen worden. *Ill. Berger. P. I. Reſp. 298.* Et cum *inclutus Scabinatus Viteb. a. 1700.* magiſtratui commutationem pœnæ relegationis adultero dictatæ in multam pecunia-

riam conceſſiſſet, exegit ab eo *Rex Potentiſſimus* redditionem rationum, quas laudatum collegium in hunc modum reddidit: Ew. Königl. Majeſt. haben uns unterm dato d. 30. Sept. dieſes 1700. Jahres allergnädigſt anbefohlen, die rationes decidendi, ſo uns zu dem in denen wider M. G. ergangenen Inquiſitions-Acten fol. 69. befindlich Rechts-Spruch bewogen, ungeſäumt allerunterthänigſt einzuſenden, welchen allergnädigſten Befehl zu allerunterthänigſten Folge mögen Ew. Königl. Majeſtät wir in allertiefſſter Devotion nicht verhalten, welcher Geſtalt uns zwar, daß Inhalts der Policey-Ordnung T.6. die wegen Ehebruchs erkannte Landes-Verweiſung zu vollſtrecken, und ſich durch Geld- oder andere Straffen davon zu entbrechen, nicht zu verſtatten, auch ſolches in 59. §. der Erledigung derer Lands-Gebr. d. a. 1661. nicht aufgehoben worden, wohl bekannt, daneben aber, daß bey obigem Argumento von Carpz. Pr. Crim. Quæſt. 150. n. 97. angezogene und n. 98. & 99. mit unterſchiedenen præjudiciis beſtärckten temperamentum; niſi cauſa probabilis adſit, quæ magiſtratum ad remiſſionem pœnæ impellere poſſit, nicht auſſer Augen zu ſetzen, geſtalt in gegenwärtigen Fall, die in angeführten præjudiciis angeführte Urſachen, ſich ebenmäßig ereignen, ſo wohl dieſer beſondere Umſtand zu erkennen, daß Inquiſit des beſchuldigten Ehebruches weder geſtändig, noch zur Nothdurfft überführet, ſondern, da er fol. 77. b. den ihn zuerkannten Reinigungs-Eyd abzuſchweren beſtändig ſich verweigert, nur pro contumaci zu halten, wie denn die ex contumacia herrührende confeſſio ficta, bewährter Rechts-Lehrer Meynung nach, dem wahrhafften Bekänntniſſe nicht allenthalben, fürnehmlich in puncto infamiæ und andern dergleichen ſonderbahren Fällen, gleich zu achten. *Zanger de Except. P. 2. c. 1. membr. 177. Carpz. Pr. Crim. Qu. 94 n. 89.* worzu kömmt, daß in gegenwärtiger Sache unſere Intention nicht einmahl dahin gerichtet geweſen, ſondern auf derer Gerichten zu Zechiſt fol. 79. anderweit eingeſchickte Fragen, wir unſer voriges d. fol. 69. befindliches Urthel dahin, daß die nachgelaſſene Verwandelung der M. G. zu erkannten ewigen Landes-Verweiſung in eine tapffere Geld-Buſſe anders nicht, als auf vorhergehende Genehmhaltung der hohen Landes-Obrigkeit, (hæc vero reſervatio in prioribus inclutæ Facult. præjudiciis ſupra exhibitis non legitur) zu bewerckſtelligen, mit ausgedruckten Worten erläutert, demnach berührte Verwandlung eigent-

lich

ſich auf Ew. Königl. Majeſtät Landes-herrlicher Macht ausgeſtellt. ap. *Illuſtr. Berg. P. 2. Reſp. 94. & Juriſpr. Crim. c. 2. M. 1. n. 5. p. 156.* ſed ſecutum eſt alterum Potentiſſimi Regis Reſcriptum: Ihr wollet euch dergleichen ins künfftige enthalten, bey ſolchen Fällen auf keine Geld-Buſſe weiter erkennen, ſondern vielmehr bey Abfaſſung der Urthel die Policey-Ordnung T. 6. genau beobachten, ibid. cui Reſcripto laudatus Scabinatus deinde etiam paruit, ibid. n. 6. Cum igitur circa Quæſtionem ſupra propoſitam Doctores Saxonici diſſentiant, & alii poteſtatem commutandi fuſtigationem aut relegationem in multam pecuniariam magiſtratibus imperio mero gaudentibus, tribuant, alii denegent, quid ſentiendum? In Electoratu Saxonico (de hoc enim dicta intelligi volo) poteſtatem hanc inter Jura Potentiſſimo Electori reſervata referendam, nec magiſtratibus inferioribus tribuendam eſſe, ſalvo rectius ſentientium judicio, puto, poſtquam non una ſed pluribus vicibus Potentiſſimi Electores ſibi jus hoc reſervarunt, & imprimis modernus Potentiſſimus Rex in reſcripto ad inclutum Scabinatum Viteb. ap. *Ill. Berg. c. l. p. 156. Reſolut. Gravam. d. a. 1661.* quæ alias maximum diſſentitibus argumentum præbet, ita interpretatus eſt, quod ex ea magiſtratus, hanc poteſtatem indelictis carnis prætendentes, eandem deducere fruſtra laborent. Sed vero in noſtra Saxonia Ducali, eandem poteſtatem nobilibus & magiſtratibus, alta jurisdictione gaudentibus, tribuendam eſſe, exceptis Altenb. & Goth Ducatibus, in quibus mutatio relegationis adultero adulteræve poſt interceſſionem dictari ſolitæ in multum pecuniariam, penitus prohibita eſt per *ſpeciales Conſt.* ap. *B. Struv. c. l.* non dubito. Alia quæſtio eſt: an Collegiis Juridicis hæc poteſtas tribuenda? quod omnino negandum, quia collegia juridica nullam prorſus habent jurisdictionem. Et licet ea multas pecuniarias (in Saxonia Ducali, non Electorali, in qua Collegiis Juridicis hoc minime licet, ut ex ILL. Berger cc. ll. patet) determinare quotidie videamus, tamen hæc determinatio differt ab ipſa commutandi pœnam corporalem aut relegationem in pecuniariam, poteſtate, ita, ut intali caſu collegia juridica determinent quidem multam pecuniariam, poteſtatem vero eam exigendi, magiſtratibus (ſcilicet in noſtra Saxonia Ducali) relinquant. Ideo autem determinare ſolent collegia

collegia multam pecuniariam, quia omnes pœnæ corpore afflictivæ, adeoque earum æſtimationes, ex generali juſſu Caroli V. dijudicari a Collegiis juridicis, & definiri prius debent, quam a magiſtratibus irrogantur, imprimis, quia ipſi magiſtratus aut nobiles plerumque jurium imperiti, pœnas taxare nequeant, tuncque metuendum, ne pœnam minoris aut majoris ſummæ quam par eſt, æſtiment. *Carpz. P. III. Quæſt. 116.* ſolent igitur Collegia juridica in Saxonia Ducali pœnas corporales aut civiles, in ſpecie fuſtigationem & relegationem in cauſa adulterii ad requiſitionem magiſtratuum (absque tali enim requiſitione fieri vix poteſt,) taxare & æſtimare, non vero eas æſtimatas reis irrogare, aut æſtimatam multam pecuniariam a reis exigere. *Carpz. P. 3. Qu. 133. n. 49. & P. 4. Quæſt. 47. def. 13. n. 20.* Si igitur deinde magiſtratus in noſtra Saxonia Ducali multam pecuniariam præfuſtigatione aut relegatione eligit, & ejus ſolutionem reis indulget, tunc demum commutatur pœna fuſtigationis aut relegationis in pecuniariam, a Collegio Juridico antea requiſito determinatam, & ſic pertinet commutatio ad magiſtratum, determinatio vero ad Collegium Juridicum, absque tamen poteſtate commutandi. In noſtro Caſu VII. determinarunt Excell. Scabini N. & H. multam pecuniariam relegationi jam in ipſo jure inquiſitis dictatæ, & denuo dictandæ, ſubſtituendam, non aliter tamen, quam ab ampliſſimo Judicio Apoldenſi, cujus dominium ad *Illuſtrem Senatum Academicum Jenenſ.* pertinet, requiſiti & implorati; determinatam vero indulſit gratioſe laudatiſſimum judicium, & eo ipſo facto relegationem in multam pecuniariam a Dn. Scabinis antea definitam commutavit, ubi notandum, clauſulam emigrationis, quæ in Electoratu iis, qui relegationem pecunia redemerunt, injungi ſolet: daß ſie die Gerichte räumen müſſen, hic omiſſam eſſe, & ſic rigorem juris Elect. in Saxonia Ducali ceſſare. Nec tamen poteſtate hac commutandi gaudet magiſtratus aut nobilis, inferiorem tantum jurisdictionem, die Erb-Gerichte, habens, quia hæc poteſtas ad jurisdictionem altam pertinet, nec gaudent hac poteſtate die Juſtiz-Beambten, qui jurisdictionem altam non in patrimonio habent, ſed tantum nomine Domini Territorialis adminiſtrant.

Adfinis quæſtio eſt: *an magiſtratus aut nobilis, alta jurisdictione gau-*

*gaudens, multam pecuniariam a Collegio Juridico inquiſito dictatam, quam inquiſitus propter inopiam ſolvere nequit, in pœnam corporalem aut aliam civilem e. g. carcerem, relegationem mutare valeat?* Quod omnino affirmandum, modo pœna corporalis aut civilis, multæ pecuniariæ ſubſtituenda, prius a Collegio Juridico ſit determinata *Dn. Mencke de tergo ſuſidiario*, von der Bezahlung mit der Haut.

# QVÆST. IV.

## *Quota pecuniæ ſumma in locum fuſtigationis & relegationis, quando hæ pœnæ in multam pecuniariam commutantur, ſubſtitui & decerni ſoleat?*

SI igitur Magiſtratus, merum imperium habens, fuſtigationem aut relegationem inquiſito aut inquiſitæ dictatam in multam pecuniariam commutare velit, ſolet is Collegium Juridicum conſulere, & ab eo definitionem multæ pecuniariæ expetere, quæ definitio pro varietate circumſtantiarum variat. Regula tamen hæc obſervari ſolet, quod multæ pecuniariæ pro qualitate & facultatibus puniendorum definiantur, & ſic in genere abſque accurata ſpecialium circumſtantiarum conſideratione: quota pecuniæ ſumma fuſtigatio, quota relegatio redimenda? dici non poſſit. Ita refert *Coler. P. I. Dec. 176. n. 38. Dn. Lipſ.* nobili loco meritæ fuſtigationis confiſcationem dimidiæ bonorum partis dictaſſe; & Richterus refert *P. II. Deciſ. 93. n. 13.-19. a. 1523. Dn. Scabinos Jenenſ.* relegationem ad triennium ſummæ 90. floren.; ad biennium ſummæ 60. floren. in ruſticis; a. 1607. fuſtigationem cum perpetua relegatione adultero dictatam decimæ partis bonorum; (Dec. 88. n. 65.) a. 1608. relegationem ad biennium ſummæ 30. thaler.; eod. anno emigrationem annalem ſummæ 10. thaler.; a. 1622. relegationem ad triennium ſummæ 100. floren.; eod. anno relegationem annalem ſummæ 40. aut 50. floren.; item eodem anno relegationem ad triennium ſummæ 100. thalerorum; eodem anno emigrationem annalem ſummæ 10 thaler; eod. anno emigrationem ſum-

mæ 300. florenorum in nobili; a. 1623. relegationem perpetuam ſummæ 100. floren.; an. 1624. relegationem annalem pœnæ carceris ad 4. ſeptimanas; tandemque a. 1626. relegationem ad quinquennium ſummæ 50. floren. ad æquaſſe, & tantarum ſummarum pecuniariarum æſtimaſſe. *Scabinos vero Lipſ.* relegationem perpetuam ſummæ 100. floren. & alio tempore ſummæ 100. thaler. it. ſum. 50. floren. æſtimaſſe, invenimus ap. *Carpz. P. 3. Qu. 150. n. 89. & 99.* Et ap. *Ill. Bergerum P. 1. Reſp. 295.* æſtimarunt JCti Viteb relegationem perpetuam 50. florenorum. In noſtro VII. Caſu æſtimarunt Excell. Scabini Jen. relegationem perpetuam ſummæ 100. florenorum. Halenſ. vero quinquennalem 50. floren. & triennalem 30. florenorum. Nec tamen hæc exempla pro regula accipienda, ſed potius, æſtimationem pro puniendorum qualitatibus, & facultatibus fieri debere ac ſolere, dicendum cum *Carpz. P. 3. Qu. 133. n. 45 - 48.*

# QVÆST. V.

## *Num maritus adulter partum ſuum adulterinum, ex aliena uxore, aut ſoluta natum, alere teneatur?*

MAritum partum adulterinum ex virgine aut vidua a ſe compreſſa progenitum, alere teneri, exemplo alius ſtupratoris docet *Carpz. P. 2. Qu. 68. n. 122.* Licet enim maritus ad dotationem non æque ac juvenis ſtuprator obligatus ſit, quia virgo aut vidua a marito compreſſa ſibi imputare debet, quod cum tali rem habuerit, quem maritum habere non poteſt, & obligatio dotandi præſupponat, ſalva tamen alternativa electione ſtupratori competente, obligationem & facultatem ducendi, & hinc maritus, quia nec poteſt, nec tenetur ducere compreſſam, nec dotare obligatus ſit; Licet *Mod. Piſtor. p. 3. Qu. 127. & Berlich. P. 5. concl. 38.* in marito obligationem dotandi ſtatuant, & *Dn. Viteb.* marito vitiatam a ſe dotare injunxerint ap. B. Horn. Claſſ. XV. Sent. 48. tamen ſecus eſt in alimentis, partui a patre naturali abſque diſcrimine, an is

ſit

ſit maritus, an ſolutus, præbendis, ad quæ partui adulterino, donec is ſe ipſum proprio labore alere poterit, biß es ſein Brodt verdienen kan, conſtituenda maritum non minus, quam alium ſtupratorem, obligatum eſſe, dubitandum non eſt. *Dnn. Viteb. c. l. & conſ. 49.* Idem in ſoluti ex uxore adultera progenita prole obtinere, & ſolutum ad alendam prolem obligatum eſſe, non dubito. Adjungam duo *Ill. Lynckeri* Præjudicia. Ita hic JCtus *Cent. IV. Reſolut. 316.* So viel denn beſonders die Vettel, und ihre mit Kochen (cive Hildburghuſ. qui cum famula ſua concubuerat) erzeugten unehelichen Kinde betrifft, woferne dieſelbe des Vermögens, daß ſie ſelbſt ſich Unterhalt verſchaffen könnte, nicht iſt, ſo wird der Ehebrecher ſo viel zur Verpflegung der Kinder, biß ſolche ihr Brod ſelbſt verdienen und erwerben können, als auch der Ehebrecherin, ſo lange dieſe die Nahrung nicht verdienen kan, (Ergo hoc caſu dotanda eſt ſoluta a marito adultero!) nicht weniger in der Hafft, die Nothdurfft zu verſchaffen, und herzugeben billig angehalten. Et cent. 3. Reſolut. 224. Ob nun wohl Weber (qui re cum famula habita, & remiſſa propter uxoris interceſſionem pœna ordinaria, ad relegationem, & deinde, indulgente Principe ad multam pecuniariam damnatus erat,) ohngeachtet er ein Ehemann, Carpz. Qu. Crim. 68. n. 122. der alimentation des Kindes ſich nicht entbrechen kan, und zward den Kinde von Anfange der Geburth an Carpz. c. l. n. 10. weil ſonderlich die Mutter arm iſt, Richter Deciſ. 88. n. 33. jährlich 8. Fl. ſo derer Lande gewöhnlich, biß es ſein Brod ſelbſt verdienen kan, und alſo ohngefehr biß zum 12. Jahre ſeines Alters, nach Ermäſſung des Richters. Carpz. c. l. Qu. Crim. cit. n. 3. zu verhanden ihm ſchuldig; ſo mag er doch weder zur Abkauffung des Staupbeſens, noch auch zur Erſtattung derer in andern Gerichten ihrentwegen aufgewendeten Unkoſten, mit Fug nicht angehalten, noch auch wegen ihrer Schwängerung, weil die Vettel deſſen Anführen nach ihn zum Ehebruch verleitet, oder doch ſich zu ihm, als einem Ehemann nicht legen ſollen. Richt. Deciſ. 88. n. 12. derſelbigen einigen Beytrag zu thun, nicht angeſtrenget werden, ſondern er iſt mit allen dieſen Anforderungen, auſſer, was des Kindes Unterhalt betrifft, gäntzlich zu verſchonen. *Conf. Id. Vol. I. Reſp. 33. n. 19.*

# QVÆST. VI.

## *An Diuturnitas carceris & aliæ circumſtantiæ extra ordinariæ temperamentum pœnæ adulterii ordinariæ operari poſſint?*

DIctum fuit in Prolegomenis, adulterum, qui rem cum virgine ſeu vidua habuit, juxta rigorem Jur. Elect. Sax. capite plecti, ex æquitate vero Jur. Sax. commun. ſeu Ducalis tantum fuſtigari, & in perpetuum relegari. Dictum quoque fuit, utramque pœnam ob accedentes juſtas rationes temperari, inter quas primaria quidem eſt uxoris innocentis interceſſio, non tamen unica. Obverſatur enim mihi exemplum noviſſimum H. M. S. Incolæ Dasdorff, qui cum Virgine E. C. H. rem habuit, & conſcientiæ læſæ ſtimulis incitatus, coram Excellent. Præfecto Vinar. crimen ſponte eſt confeſſus, quem quidem ILL. Scabin. Jenenſ. juxta rigorem Jur. Elect. capitis damnarunt, ſed deinde a Conſultiſſimo quodam ILL. Regim. Vinar. Advocato Ord. C. F. B. defenſum, incluta Facult. Jurid. Halenſ. perpetuo tantum relegandum eſſe, pronunciavit verbis: daß beede Inquiſiten mit der in Churfürſtenthum Sachſen auf den Ehebruch zwiſchen einem Ehemann und einer ledigen Dirne geſetzten Straffe nicht alleine zu verſchonen, ſondern auch, in Betrachtung derer in der neuen Defenſion fol. II. ſeqv. angeführten Umſtände (ibi conceſſerat quidem Dn. Defenſor juxta B. Müllerum ad Struv. Ex. 49. §. 30. lit. d. adulterum, qui rem cum ſoluta habuit, in Saxonia Ducali quidem virgis cædendum, & perpetuo relegandum venire, inquiſitum vero in præſenti caſu ob diuturnitatem carceris, morbum conjugis contagioſum, ſingularem ejus deformitatem & moroſitatem, ſpontaneam criminis confeſſionem & ſummam ſimplicitatem, mitiorem mereri pœnam, contenderat,) abſonderlich des allbereit ausgeſtandenen langwierigen Gefängniſſes der Ehemann H. M. S. mit ewiger Landes-Verweiſung ohne Staupenſchlägen, die ledige Dirne E. C. H. aber mit noch 4. wöchentlicher Gefängniß wegen des von ihnen beyden in Güte geſtande-

ſtandenen Ehebruches zu beſtraffen, ſie ſind auch alle auf dieſe Inquiſition ergangene Unkoſten abzutragen ſchuldig. V. R. W. M. Mart. 1720. Ita etiam adulter adoleſcens uxorem decrepitam habens mitius puniri ſolet quam adultus, juxta *Excellent. Scabin. Jenenſ.* ap. *Illuſtr. Wildvogel Reſp. 120. n. 8.*

Dictum fuit, propter denegatum adultero vel adulteræ debitum conjugale pœnam ordinariam temperari ſolere. Latius hoc poſt *Carpz.* deduxere Dn. *Troppanegger. diſp. de mitigatione pœnæ adulterii propter denegatum debitum conjugale, & Dn. Beck de conjugalis debiti præſtatione.* Placuit quoque, hoc argumentum in ſequenti defenſione paucis ab hinc annis coram *inclyto Prætorio Jenenſi in cauſa P. P. tractare.* Es haben die Herrn N. in ihren Urthel fol. Act. 59. a. gleich dem vorigen fol. Act. 19. abermahl erkannt, daß Inquiſit vermittelſt der Tortur erhärten ſolle, daß er in beſchehener fleiſchlicher Vermiſchung mit der Coinquiſitin (ſoluta) ſemen nicht immittirt habe, und daß aus deſſen Eheweibes Antwort auf die Articul fol. 28. ſeq. keine Interceſſion zu erzwingen. Nun will Defenſor den erſten Punckt nehmlich die immiſſionem ſeminis vorgeſtanden zugeben, weilen Inquiſit die Tortur zu erwarten nicht gemeinet, und weil, wenn auch dieſer Punct zugeſtanden wird, dieſe zwey wichtige Puncte als 1) Denegatio debiti conjugalis 2) interceſſio mulieris übrig bleiben, die Inquiſitin a pœna ordinaria abſolviren können. Denn gleichwie deſertio malitioſa a vinculo matrimoniali liberiret, 1. Corinth. 7. Gerhard. Loc. de Conjugio §. 624. *Carpz. Jur. Conſiſt. L. 3. def. 56.* dergleichen deſertio malitioſa auch iſt denegatio debiti conjugalis inter præſentes, wie ſolches Lutherus T. 6. Jen. Germ. Libr. von ehelichen Leben, Dedeken. Conſ. Vol. 3. L. 3. Sect. 6. n. 14. Gerhard. Loc. de Conjug. §. 630. Brockman Loc. de Conjug. Qv. 60. Stryk. de Diſſ. Sponſal. Sect. 7. §. 20. behaupten, und dannenhero, wenn à parte innocenti adulterium erfolget, pœna adulterii ordinaria wegen vorgegangener denegation nicht kan erkannt werden. *Carpz. P. II. Qu. 61. n. 4. Brückner Deciſ. Matrim. c. 18. Beſold. Vol. 3. Conſ. 26. n. 27.* ubi addit: eum qui præſens ſe debito conjugali ſubtrahit, in majori contemptu ob veram contumaciam verſari, quam abſentem deſertorem, qui ſaltem contumax ficte exiſtat. Weil pars denegans debitum conjugale, parti adulteræ occaſionem fornicandi

gegeben. Si tu abſtines ſine uxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abſtinentiæ. Can. 41. Cauſſ. 27. Qu. 2. Nun hat Inquiſitens Eheweib fol. Act. 28. bereits geſtanden, daß ſie ihm nicht allezeit ſeinen Willen gethan, indem ſie Kinder genug gehabt, und ihr die Wolluſt vergangen. Welche denegatio um ſo viel mehr allhier Inquiſiten zuſtatten kömmt, weil ex cauſis prætenſis, nehmlich multitudine liberorum, & defectu voluptatis propter ætatem, deutlich erhellet, daß denegantin nicht alleine pro nunc, ſondern in perpetuum die eheliche Pflicht verſaget habe, indem dieſe cauſæ prætenſæ nicht ceſſiren können, ſondern vielmehr von Tage zu Tage zugenommen. Zu dieſen allen kömmt auch zum 2) Inquiſitens Eheweibes Interceſſion, indem ſie fol. Act. 28. 6. ad Artic. defenſ. 4. eydlich geſtanden, ſie hätte ſich gerne ſeiner (Inquiſitens) wollen annehmen, wenn ſie nur nicht ohne Mittel wäre, und befürchtet hätte, daß ſie mit ihm aus der Stadt müſte, und fol. eod. ad Artic. 6. ſie hätte ihm ſolches vergeben ꝛc. Wie ſie ihn denn auch eine gnädige Straffe von Hertzen gönnete, und endlich fol. 29. a ad Artic. 8. ja, das ſähe ſie gerne, daß er ohne Lebens-Straffe bliebe, wolte dahero auch vor ſeine Sünde und deren Vergebung bitten. Denn obgleich die Herrn N. in letztern Urthel fol. 58. b. erkennen wollen: daß aus ſeines Weibes Antwort auf die Artic. 28. ſeqv. (ibi declaraverat uxor ad interrogationem mariti: ſe pro eo intercedere velle, ſi domi manere poſſet, nec cum marito emigrare cogeretur, adeoque interceſſio erat conditionata) keine Interceſſio zu erzwingen; So hat doch das Gegentheil Carpz. P. 1. Qu. 95. n. 76. ſeq. ſattſam behauptet, und ex præjudiciis Scabinatus Lipſien. erwieſen: remiſſionem hanc pro pura eſſe habendam, ac conditione: ne uxor cogatur emigrare cum marito adultero, non obſtante, remiſſa pœna mortis, adulterii reum e ditione relegandum &c. dieſemnach, und was bereits in voriger defenſion fol. ausgeführet worden, hoffet armer Inquiſitus durch ein erfreulich Urthel von der Todes-Straffe abſolvirt zu werden. Voti ſui damnatus quoque eſt inquiſitus, & per ſententiam ſubſecutam ad relegationem condemnatus eſt, quam etiam, manente domi uxore, ſubiit.

# QVÆST. VII.

## *An Collegia Opificum jus multam pecuniariam in collegam adulterum ſtatuendi, habeant?*

COllegia ejusmodi jure ſtatuendi & exequendi pœnas gaudere, concedit in genere *Ill. Berger. Oeconom. jur. p. 13.* Et hinc concludi poteſt, eadem in ſpecie jure puniendi collegas propter delicta carnis, pollere. Et valere tale ſtatutum, ut infamia notatus e collegio opificum removeatur, docet *Richter. P. 2. Dec. 80. n. 27.* Infamia autem laborare adulterum, decidit *L. XLIII. §. 12. ff. de R. N.* Patitur tamen hoc exceptionem in eo caſu, ubi adultero Princeps pœnam ordinariam & corporalem remiſit, & multam pecuniariam irrogavit, quia tunc juxta *L. III. cod. quibus cauſis infamia irrogatur,* infamia cum pœna corporali ſimul remiſſa putatur. Hic reſponderunt *Scabini Lipſienſes anno 1666.* Will das Handwerck der Lein- und Zeugweber, deren Mittmeiſter ihr ſeyd, euch wegen des begangenen Ehebruchs in ihrer Zunfft länger nicht dulten, und begehren, daß ihr euch derſelben entweder gäntzlich begeben, oder mit ihnen abfinden ſollet, geſtalt ſie euch denn zu ihren Zuſammenkünfften nicht fordern, auch das Qvartal-Geld zurück geben laſſen. Ob nun wohl ſonſten ein Ehebrecher wegen dieſes ſeines Verbrechens arüchtig wird; d. a. d. ſolches alleine ſtatt ſindet, wenn die ordentliche Straffe des Ehebruches vollſtreckt wird, ſo euch gleichwohl durch der hohen Obrigkeit hohen Diſpenſation erlaſſen, und in eine willkührliche Geld-Straffe verwandelt worden, nach mehrern Inhalt eurer Fragen, ſo möget ihr vor unehrlich nicht gehalten, noch aus den Handwerck geſtoſſen werden. *Richter Vol. ſecundo Conſ. 156.* Ita Domini Scabini Jenenſ. abſolverunt *a. 1640.* Sutorem Salfeld. qui in cauſa homicidii tortus, & deinde ad relegationem condemnatus erat, hanc vero ſumma 100. floren. redemerat, a remotione e collegio opif. apud *Richter P. 2. Dec. 80. n. 31.* Conſ. *Ill. Wildvogel Reſp. 54. Ill. Berg. P. I. Reſp. 295.*

S. D. G.

INDEX

# INDEX SVPPLEMENTORVM.


A.

ADVLTERIVM.

ADulteri ſoluti rem cum uxore habentis pœna capitalis in Principatu Anhaltino. pag. 1

*Adulterum* relegatum tenetur ſequi conjux innocens intercedens. pag. 6

*Adulterii* pœna fuſtigationis aut relegationis ordinaria poteſt a magiſtratu merum imperium habente in pœnam pecuniariam, præcedente tamen collegii juridici cognitione & definitione, commutari in Saxonia Ducali, p. 8. & p. 16. non vero in Saxonia Electorali, propter ſpeciales prohibitiones Electorales. p. 9 - 15

*Adulterii* pœnæ pecuniariæ fuſtigationi & relegationi ſubſtituendæ quantitas pro diverſitate caſuum varians. p. 17

*Adulterinus* partus a marito alendus. p. 18

*Adulterii* pœnæ ordinariæ temperandæ cauſæ. p. 20

*Adultero* opifici num collegium opificum pœnam pecuniariam dictare poſſit? p. 23

C.

COLLEGIVM JVRIDICVM.

Poteſt ad requiſitionem magiſtratus, merum imperium habentis, in cauſa adulterii loco pœnæ fuſtigationis aut relegationis pœnam pecuniariam decernere in Saxonia Ducali, excepto Ducatu Goth. & Altenb. p. 8. & p. 16. excepto quoque Electoratu, in quo collegiis juridicis hoc propter ſpeciales prohibitiones Electorales non licet. p. 9 - 15

*Collegia Juridica* determinant quidem in Saxonia Ducali in cauſa adulterii pœnas pecuniarias, absque tamen poteſtate pœnam ordinariam in pecuniariam,

*Commutandi*, quæ penes magiſtratum merum imperium habentem ſalva manet. p. 15. & 16

*Collegia Juridica* ſolent quantitatem pœnæ pecuniariæ in cauſa adulterii pro facultatibus inquiſiti vel inquiſitæ diverſimode definire. p. 17

COLLEGIA OPIFICVM.

An poſſint collegæ adultero pœnam pecuniariam dictare? p. 23

D.

DOS.

Num maritus adulter teneatur corream dotare? p. 18

DETERMINATIO.

Determinatio & definitio pœnæ pecuniariæ in cauſa adulterii colle-

collegiis juridicis competens, differt a commutatione pœnæ adulterii ordinariæ in pecuniariam magiſtratui merum imperium habenti in Saxonia Ducali competente. p. 15. & 16

DESERTIO.

Malitioſa alterius conjugis minuit pœnam adulterii ordinariam. pag. 21

E.

EMIGRATIO.

Hæc differt a relegatione. p. 7

F.

FVSTIGATIO.

*Fuſtigatus* ſolet ad operas publicas, zum Veſtungs-Bau, in Saxonia Electorali deduci. p. 3

*Fuſtigatur* relegatus, ſecunda vice revertens. p. 6

*Fuſtigatio* poteſt in cauſa adulterii a magiſtratu, mero imperio gaudente, commutari in pecuniariam, prævia collegii juridici determinatione in Saxonia Ducali p. 8. 15. & 16. Non vero hoc fieri poteſt in Saxonia Electorali. p. 9-15.

Pœnæ pecuniæ *Fuſtigationi* ſubſtituendæ quantitas. p. 17

G.

Gerichts-Räumung, vid. Emigratio.

I.

INTERCESSIO.

*Interceſſio* conjugis innocentis obligat hanc, adulterum maritum relegatum ſequi. p. 6

*Interceſſio* conditionalis habetur pro pura. p. 22

M.

MAGISTRATVS.

*Magiſtratus*, merum imperium habens, poteſt fuſtigationem in cauſa adulterii in pœnam pecuniariam, a collegio Juridico determinandam, commutare in Saxonia Ducali. p. 8. 15. & 16. non vero in Saxonia Electorali, ubi tali magiſtratui conceſſa quidem facultas hæc commutandi pœnas fuſtigationis & relegationis in poenas pecuniarias, exceptis tamen delictis carnis. p. 9-15

*Magiſtratus*, merum imperium habens, poteſt poenam pecuniariam, quam inquiſitus vel inquiſita propter inopiam ſolvere nequit, commutare in relegationem, carcerem, operas præſtandas &c. p. 16

*Magiſtratus*, baſſam tantum jurisdictionem habens, non poteſt fuſtigationem aut relegationem in pœnam pecuniariam commutare. p. 16

Oſt. M. 721.

## MARITVS.

Maritus adulter tenetur alere partum adulterinum. p. 18. non vero tenetur dotare corream ibid.

## N.

## NOBILIS.

Vid. Magiſtratus.

## P.

## POENA.

Poenæ adulterii capitales non posſunt in mitiores commutari a magiſtratu, merum licet imperium habente. p. 8

Poenæ adulterii corporis afflictivæ aut civiles poſſunt in poenas pecuniarias commutari a magiſtratu, imperio mero gaudente in Saxonia Ducali. p. 8. 15. & 16. non vero in Saxonia Electoral. p. 9 - 15. nec a magiſtratu, baſſam tantum jurisdictionem habente. p. 16. Talem commutationem præcedere debet determinatio collegiorum juridicorum. p. 15. & 16. quæ tales poenas pecuniarias decernere, & pro facultatibus reorum definire ſolent. p. 17

*Pœnæ* adulterii ordinariæ mitigari ſolent propter diuturnitatem carceris, deſertionem malitioſam, interceſſionem conjugis &c. p. 20. ſeqq.

*Pœna pecuniaria* num poſſit a collegio opificum dictari collegæ adultero? p. 23

*Pœna pecuniaria*, quam inquiſitus vel inquiſita propter inopiam præſtare nequit, poteſt a magiſtratu merum imperium habente in relegationem, carcerem, operas &c. mutari. p. 16

*Pœna* adulteri ſoluti in Principatu Anhalt. p. 1. & 2

*Pœnarum* tres dantur in genere gradus. p 3

Pœnæ adulterii extraordinariæ. pag. 1

*Partus* adulterinus a marito alendus. p. 18

## R.

## RELEGATIO.

*Relegatio* eſt pœna civilis. p. 4

*Relegatio* poteſt dictari & injungi absque principis autoritate a magiſtratu, merum imperium habente. p. 4

*Relegationis* perpetuæ & temporalis pronunciandæ formulæ. p. 4

*Relegatus* tenetur urphædam præſtare. p. 4

*Relegatus* urphedam præſtare & abire recuſens, qua ratione compellendus? p. 4. 5.

Urpheda a relegato præſtita non obſtat legitimæ vindictæ, injuſte *relegato* competenti. p. 5

*Relegatus* ex præfectura pro relegato




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0032-2

gato ex tota provincia habetur. p. 5
*Relegati* prima, ſecunda & tertia vice revertentis pœnæ. p. 6
Quibus in caſibus Relegatum ſequi teneatur uxor innocens? p. 6
*Relegatus* tenetur ad reſtitutionem expenſarum. p. 7
*Relegatio* in cauſa adulterii poteſt in Saxonia Ducali a magiſtratu merum imperium habente commutari in pœnam pecuniariam, quam collegium juridicum determinare & definire prius ſolet. p. 8. 15. & 16. in Saxonia vero Electorali nec commutatio magiſtratui, nec determinatio collegiis juridicis permiſſa eſt. p. 9-15
A *Relegatione* differt emigratio. p. 7

## S.

## SOLVTVS.

Pœna *Soluti* rem cum uxore habentis in Principatu Anhaltino. p. 1
*Solutus* adulter remiſſa pœna capitali a Sereniſſ. Principe Anhalt. ad militiam damnatus. p. 2

## V.

## VRPHEDA.

*Vrphedam* præſtare tenetur relegandus. p. 4. ita, ut ſi eam relegandus præſtare recuſet, eam lictor in illius animam jurare ſoleat. ibid.
*Vrpheda* non obſtat, quo minus injuſte relegatus legitimam vindictam inſtituere adverſus judicem aut denunciatorem poſſit. pag. 5
Sine Vrpheda relegatus ſi revertit, mitius punitur, quam præſtita urpheda relegatus revertens. pag. 6

# FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0033-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0035-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0036-5

Kp 184

VD18

ULB Halle 3
005 725 178

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0038-6

N° 7932

# SPECIMINIS CASVVM FORENSIVM SELECTORVM SVPPLEMENTA,

EX

*ACTIS AVTHENTICIS*

EXHIBET

GOTTLIEB SLEVOGTIVS, D.
CVRIAE PROV. DVC. SAX. ADVOC. ORD.

Kp 184

*NVNDINIS VERNALIBVS LIPSIENSIBVS*
cIↃ IↃ CC XXI. EDITA.

*IENAE,*
TYPIS ET SVMTIBVS HELLERIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-709250-p0039-5